

na fides adhibeatur, & quod aliter interpretari, cognosci, aut terminari non possit, neque valeat, quinimo quicquid per quemvis Judicem a die concessionis prædicti rescripti citra, de, & super administratione, ac rebus dictorum Collegiorum, vel alias contra formam prædicti rescripti factum fuerit, irritum, & nullius roboris, vel momenti sit, & esse debeat, & nihilominus priori pro cautela, dictum rescriptum quatenus opus sit, eadem auctoritate Apostolica per eandem præsentem confirmamus, illudque de novo concedimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Dec. 1558. Pontificatus nostri Anno IV.

B. Melchiorius.
Joannes de Leon.

Variorum Pontificum decreta recentiora.

§.2. Necnon rec. mem. Pius Papa V. pariter Prædecessor noster Constitutiones, & Ordinationes Pauli III. & Pauli IV. Prædecessorum hujusmodi, ac eorundem Collegiorum Constitutiones, & statuta prædicta, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus approbaverat, & confirmaverat, ac auxerat, & ampliaverat, prout in eisdem Pii Prædecessoris Literis similiter plenius continetur. Et licet Paulus III. Paulus IV., & Pius V. Prædecessores præfati menti, & voluntati Dominici, & Stephani Cardinalium fundatorum prædictorum eorum Ordinationes, & statuta confirmantes consulere, & præsertim plenariam Jurisdictionem Custodum Gubernatorum prædictorum modo, & forma prædictis conservare voluerint, prout clarior colligitur ex Literis Pauli III. Prædecessoris prædicti; nihilominus, cum sicut accepimus, progressu temporis nonnulli alii Romani Pontifices pariter Prædecessores, & præsertim similis recol. mem. Innocentius Papa X. in Protectorem ejusdem Collegii Capranicensis venerabilem Fratrem nostrum Antonium, Barberinum Episcopum Tusulanum tum S. Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem Antonium nuncupatum, cum facultate, & auctoritate per eum, vel Judicem ab eo deputand. quascumque causas, tam civiles, quam criminales præfati Collegii Capranicensis, & illius Scholarium, personarum, & rerum, seu ad illos quomodolibet spectan., tam motas, quam movendas, audien., cognoscen., deciden., & terminan. per suas Literas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris motu, scientia, & matura deliberatione paribus deputaverit, prout in eisdem Innocentii Prædecessoris Literis plenius continetur, tenoris sequentis videlicet at tergo.

Innoc. X. decretum.

Dilecto filio Antonio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Barberino: Intus vero: Innocentius Papa X. Dilecte filii nostri salutem, & apostolicam benedictionem: Capranicensis Collegii protectionem per obitum bonæ memoriæ Tiberii Cardinalis Muti vacan., alicui Cardinali

demandare cupientes, motu igitur proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione, Te dicti Collegii Capranicensis, ejusque Alumnorum, & Personarum, ac reddituum, honorum, & jurium omnium apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem quoad vixeris, tenore præsentium, auctoritate apostolica facimus, constituimus, & deputamus, tibi que cum omnibus, & singulis privilegiis, honoribus, & oneribus, auctoritatibus, & facultatibus ad hujusmodi Protectoris officium de jure, usu, & consuetudine, ac alias quomodolibet pertinen., & præsertim potestate per te, vel per Judicem a te deputandum causas, tam civiles, quam criminales ejusdem Collegii Scholarium, personarum, & rerum, seu ad ipsos quomodolibet spectan. tam motas, quam movendas audien., cognoscen., & sine debito prout juris fuerit deciden., & terminan., uti, frui, & potiri possis, & valeas auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & indulgemus; Mandantes dilectis filiis Gubernatoribus, Guardianis, & Rectori, & Scholaribus dicti Collegii, cæterisque, ut te in Protectorem dicti Collegii reverenter suscipiant, tibi que in omnibus officium Protectoris hujusmodi concernen. cum effectu pareant, obediant, & intendant, tuæque salubria monita, & mandata prompte, & efficaciter adimplere procurent. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum die 31. Octobris 1644. Pontificatus nostri Anno I.

Et occasione Literarum Innoc. Prædecessoris prædicti questionis materiam inter Antonium Cardinalem, & Protectorem ex una, & dilectos filios Custodes Gubernatores prædictos ex altera partibus, super jurisdictione gubernandi dictum Collegium Capranicense, & illius Scholares, & personas corrigendi, multandi, & puniendi, & eorundem causas audien., & deciden., orta fuerit, Nosque quibus inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa etiam cordi est, ut semotis contraversiarum, & questionum anfractibus inter Christianos quoslibet, & præsertim Antonium Cardinalem, ac Custodes Gubernatores præfatos, jus suum unicuique, ut decet, tribuatur, differentias super gubernio, & jurisdictione, aliisque prædictis, aliquibus Romanæ Curie insignibus Prælatibus, virtute, meritis, & integritate pollentibus, mature, & diligenter examinan., ad hoc, ut Nobis jura, tam Antonii Cardinalis, & Protectoris, quam Custodum Gubernatorum prædictorum, & eorum vota referrent, commiserimus, habitaque relatione jurium, & votorum prædictorum super differentiis hujusmodi, de bono jure Custodum Gubernatorum clare constare, & jurisdictionem, & Gubernium hujusmodi non ad Antonium Cardinalem, & Protectorem, vigore dictarum Literarum Innocentii Prædecessoris prædicti, sed in vim Constitutionum, Statutorum, & Literarum Pauli III., Pauli IV., & Pii V. præ-

Confirmat, ut in rub.

prædictorum ad Custodes Gubernatores præfatos vere, realiter, plene, & effective spectare, & pertinere comperimus. Nos propterea his, & aliis rationabilibus de causis adductis, ac etiam præ menti, & voluntati Dominici, & Stephani Cardinalium, fundatorum prædictorum consulere, & jus suum unicuique, prout æquum est, tribuere, & ne in posterum similes differentie orientur, quæcumque obstacula de medio in totum tollere; aliasque in præmissis opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, ac de apostolica potestatis plenitudine, Pauli IV., & Pii V. Prædecessorum prædictorum, necnon Constitutiones, & Statuta Dominici, & Stephani Cardinalium memoratorum, quoad illas partes, quæ non adversantur reformationibus Constitutionum, & Statutorum hujusmodi de mandato nostro editis, ac eadem reformationes, omniaque, & singula in eis expressa, & contenta quæcumque speciali nota digna, & necessario exprimentia, & præsertim quoad jurisdictionem gubernandi Capranicense, & Nardinum Collegia hujusmodi, ac corrigendi, multandi, & puniendi Scholares, & Studentes, ac personas in eis degentes, & eorum causas quascumque tam civiles, quam criminales audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi, juxta formam Constitutionum Cardinalium fundatorum cum omnibus, & singulis inde sequentis, & sequentibus quibuscumque apostolica auctoritate specialiter, & expresse approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitate quarumcumque, tam ex juris communis, & Constitutionum, Apostolicarum, seu stolorum, usum, & consuetudinum, etiam immemorabilium præscripto, quam alias quomodocumque, & qualitercumque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoscumque quantumvis magnos, & formales, ac substantiales defectus, si qui principaliter, vel accessorie, aut alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censei, prætendi, vel intelligi nunquam possent, plenissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus, & nihilominus titulum, denominationem, essentiam, & qualitatem Protectoris, & protectionis hujusmodi perpetuo extinguimus, & supprimimus, itaut de cætero per nos, & Sedem Apostolicam nunquam alter Protector eidem Collegio Capranicensi deputari possit, necnon Literas Innocentii Prædecessoris prædicti cassamus, annullamus, & irritamus, ac pro cassatis, annullatis, irritis haberi volumus, & mandamus. Imo pro potiori cautela, & quatenus opus sit jurisdictionem, gubernium, & alia præmissa eisdem Custodibus Gubernatoribus de novo concedimus juxta formam prædictarum Constitutionum Cardinalium fundatoris.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

§.3. Decernentes præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, etiam quod Antonius Cardinalis prædictus, & alii quicumque etiam similis dignitatis, seu cuiusvis alterius status, gradus, ordinis, præminentia, seu alia speciali nota, & expressione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causa, propter quas emanarunt adducta, verificata, & justificata non fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, pia, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiã in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quomodolibet quantumvis magno, & substantiali etiam inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratia remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quæpiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se jurare posse: sed easdem præsentem semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac modernis, & pro tempore existentibus Custodibus Gubernatoribus plenissime, & perpetuo suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis censei, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vice-Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quomodocumque functuros sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Classulas apostolicas.

Et ab omni observari mandatum.

Derogatio contrarium.

§.4. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon ejusdem Collegii Capranicensis, & aliis quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, robotatis statutis, & consuetudinibus, stylis, usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis tam Innocentii, quam quorumlibet aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, quibuslibet etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque quibuscumque, sub quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, efficacioribus, efficacissimis, & insolitius clausulis, irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam

Y 2

etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quevis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones presentibus pro plene, & sufficienter insertis, servatis, & expressis respectu habentes, illis alias, non tamen Innocentii Prædecessoris per Nos cassata, annullata, & irrita, in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse, ac plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; Datum in Arce Gandulphi Albanen. Die cæcis sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1661. Pontificatus nostri Anno VII,

CCCL X.

Abrogatio Statuti per Capitulum Generale Militiæ S. Jacobi de Spatha Anno 1653. facti super probatione Nobilitatis Avorum, &c.

Ex Regest. in Secret. Brevis

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

ALEXANDER PAPA VII.

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Expositio.

§.1. **M**ajestatis Tuæ nomine Nobis per dilectum filium Nobilem Virum Ludovicum de Guzman Ponce de Leon, tuum apud Nos, & Sedem Apostolicam, Oratorem nuper expositum fuit, quod cum per quoddam antiquum statutum Militiæ S. Jacobi de Spatha sub Regula S. Augustini, cujus Tu Administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existis, caveretur expresse, quod qui in Fratrem Militem dictæ Militiæ recipi desideraret, nobilitatem suorum genitoris, & genitricis dumtaxat, quodque illi officia mechanica non exercuissent, probare deberet; Capitulum Generale ejusdem Militiæ Anno 1653. celebratum, remque in majus dictæ Militiæ decus cederet, faciendi ergo, statuit, ut ex tunc in futurum etiam Nobilitas Avorum paterni, & materni, quodque nec illi officia mechanica hujusmodi habuissent, seu exercuissent probari deberet. Verum paulo post compertum est novum statutum hujusmodi gravissimis inconvenientibus tam contra Militiam præfatam, quam contra illos, qui habitum per Fratres Milites ipsius Militiæ gestari solitum suscipere cupiunt, causam præbere; Nam

cum dicti habitus concessio unum sit ex præmissis majoris honoris, quæ Majestas Tua personis benemeritis, præsertim militibus post multorum annorum servitia, quibus facere æquum est, conferre solet, hujusmodi præmissa novæ probationis onere per dictum novum statutum introducto ita coarctatur, ut illius incapaces reperiantur multi, qui juxta stylum antiquam illo decorari possent: ipsique prætendentes ad habitum hujusmodi admitti, post obtentam super ea re gratiam non sine nota remanent, dum probationes suæ nobilitatis juxta formam memorati novi statuti facere nequeunt.

Motiva.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Tu præmissis consideratis, de dilectorum filiorum Consilii Tui Ordinum Militiarum, necnon alterius peculiaris Congregationis Virorum gravissimorum, quibus negotium hujusmodi extra ordinem demandasti sententia expedire judicaveris, statutum novum hujusmodi abrogari, & antiquum restitui, quo disponitur, cum nobilitas genitoris, & genitricis dumtaxat quodque illi officia mechanica non exercuerint probetur, absque eo quod idem de persona Avorum probare sit necesse, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Decretum confirmat.

§.3. Nos igitur Majestati Tuæ votis in præmissis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, novum statutum supra expressum in Capitulo Generali Anno 1653. celebrato factum, auctoritate apostolica tenore presentium abrogamus, & abolemus, ac præfatum antiquum dictæ Militiæ statutum, quo cavetur, ut nobilitas genitoris, & genitricis dumtaxat, quodque illi officia mechanica non exercuerint, ad effectum suscipiendi habitum Fratrum Militum ejusdem Militiæ probari debeat, ita ut etiam concessionibus habitus præfati illis, quorum probationes juxta novum statutum, ut præfertur, abrogatum factæ, ac in Consilio dictæ Militiæ retentæ, & pendentes existunt, necnon illis, qui habitus hujusmodi gratiam a Tejam obtinuerunt, nec probationes suas hæstenus fecerunt juxta antiquum statutum hujusmodi fieri, & expediri possint, auctoritate, & tenore præfatis restituimus, & innovamus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non

Contrarius tollit.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Militiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 7. Nov. 1662. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die septima Novembris 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXI.

Statutum, ut in Provincia Portugaliæ Tertii Ordinis Sancti Francisci observetur Decretum Cardinalis Verallii Protectoris Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia, quo cavetur, ut Sententiæ privationis vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis a Superioribus Ordinis late non promulgentur in ipso electionis actu, atque sic promulgatæ vocales minime efficiant, nisi per mensem ante fuerint intimatæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram & memoriam.

Exordium.

§.1. **E**Xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Emanuel a Spiritu Sancto Frater Provincia Portugaliæ Tertii Ordinis Sancti Francisci, quod dudum bene memoratus Fabritius, dum vixit S. R. E. Cardinalis Verallius nuncupatus Ordinis Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protector Decretum edidit tenoris, qui sequitur. videlicet.

Decretum Card. Veralli.

Fabritius Divina miseratione tit. Sancti Augustini S. R. E. Presbyter Cardinalis Verallius nuncupatus totius Ordinis Sancti Francisci Minorum observantium Protector, Corrector, & Gubernator. Ad tollendas inquietudines prædicti Ordinis, quæ in Capitulis Provincialibus ob vocalium privationem oriuntur, facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro renovamus Decretum Prælatorum Visitationis Apostolicæ emanat. sub die 24. Oct. 1607. quod est tale. Privationis vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis Decreta, Sententiæ ab eisdem Superioribus Ordinis late, ne deinceps in ipso electionis actu pronuncientur, promulgenturque, atque ex promulgatæ vocales minime efficiant, nisi per mensem ante fuerint intimatæ par-

tim Sanctitas sua omnino vetuit. Quod Decretum omnino servari mandamus sub penis nostro arbitrio infligendis contravenientibus. Concessionem vero, seu declarationem prædicti Decreti in contrarium factam a Sanctitate sua sub die 26. Novembris 1606. de ejusdem Sanctissimi Domini nostri mandato suspendimus. Datum Romæ ex ædibus nostris die 27. Maii 1616.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, plurimum expediat disposita per Decretum præinsertum immemorata Provincia Portugaliæ observari, attempto quod ob impossibilitatem, seu distantiam legitimi recursus privationes illic absque remedio fieri, & accidere consueverunt; Nobis propterea dictus Emanuel humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio Decreti.

§.3. Nos igitur ipsum Emanuelem specialibus favoribus, & gratiis profectui volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, habita relatione de præmissis, reque matura deliberatione perpenfa, ad evitandas Capitulorum Ordinis hujusmodi nullitates, quas sæpius prænaratis de causis evenire non semel experientia compertum est, auctoritate apostolica, tenore presentium statuimus in memorata Provincia Portugaliæ Tertii Ordinis S. Francisci deinceps præinsertum Decretum præfati Fabritii Cardinalis perpetuo observari, atque juxta illius tenorem, & formam, & non alias, ad prænaratas privationes, si quandoque legitime cause subsint, procedi, ac deveniri, prout observari, & non aliter procedi, ac deveniri respective auctoritate, & tenore prædictis mandamus, & præcipimus.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca dilectis filiis Vicariis Capitularibus Ecclesiarum Ulixbonen., & Elborenen., & Colymbrien. illarum Sedibus Archiepiscopalis, & Episcopalis respective vacantibus legitime deputatis per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse habentium fuerint requisiti easdem præsentibus literas,

teras, & in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsas praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter, & inconcussè observari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habentibus servatis processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contraria sollicit.

§.6. Non obstantibus inobservantia dicti Decreti, quae allegari posset, quodque praedicta Provincia Portugalliae Tertii Ordinis dici nequeat de Ordine Fratrum Minorum de Observantia, ac fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo aliquis auctoritate praesentium ultra tres dietas in Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictorum Tertii Ordinis, & Provinciae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficientes expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 16. Nov. 1662. An. VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Novembris 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXII.

Concedit undecim Congregationibus Monasticis, ut capiant ad censum, aut alio licito contractu 40. millia scuta monetae pro prima solutione sex decimarum.

Vide ad Constitut. 335. Cum divina. Supra fol. 139. quae est In dictio sex Decimarum.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

Nuper ut nomini Christiano contra impios Turcarum conatus, & invasiones opem ferremus, sex decimas fructuum, reddituum, & proventuum quoruncumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac mensarum etiam quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutuum Regularium, necnon pensionum super illis reservatarum, ab illis, ad quos spectat, intra decennium decem aequalibus portionibus, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica concordatum foret, persolvendas, ac

alias sub certis modo, & forma tunc expressis imposuimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

Supplicatio.

§.1. Cum autem, sicut dilecti filii infra scriptarum undecim Congregationum Procuratores Generales Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi nomine earumdem Congregationum cum Camera praedicta super solutione sex decimarum hujusmodi, mediante summa quadraginta millium scutorum monetæ eidem Camera intra totum currentem annum 1661. praestanda concordaverint, nec eis suppetat modus congerendi summam hujusmodi, nisi illam ad censum, aut alio licito contractu capiant: Nos specialem eidem Procuratoribus Generalibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Commissio in rubr.

§.2. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, Congregationibus praedictis, Cassinensium nimirum, & Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti, Lateranensium Canonorum Regularium sub Regula S. Augustini, Cartusianorum, Camaldulensium, Coelestinorum, S. Salvatoris Bononensium, etiam Canonorum Regularium, Vallis Umbrosae, & Sancti Georgii in Alga pariter Canonorum Regularium, Cisterciensiumque Lombardia, & Sancti Hieronymi, earumque Procuratoribus Generalibus quamvis ad hoc specie mandatum, non habeant, vel eorum substitutis, & cum interventu dilecti filii nostri, & Camerae Apostolicae Thesaurarii Generalis, etiam absque scientia, participatione, mandato speciali, vel generali, aut consensu Abbatum, & Priorum Generalium, seu aliorum quoruncumque Superiorum, & Officialium quocumque nomine nuncupatorum earumdem Congregationum, imo ipsis invitatis, & reclamantibus summam quadraginta millium scutorum hujusmodi, pro rata singulas Congregationes tangentes, a quibuscumque personis, seu Mercatoribus eorum fidem sequi volentibus, & meliorem conditionem offerentibus ad censum perpetuum redimibilem, servata tamen forma Constitutionis felic. record. Pii Papae V. Praedecessoris nostri super creandis censibus editæ, seu alio quovis licito, & factis Canonibus non improbo contractu, accipere, illamque penes Depositarium nostrum Generalem seorsum ab aliis nostris pecuniis deponere; itaut inde amoveri, nec in alios quam supradictos usus converti valeant, ac taxam aliquam inter se pro eorumque ipsarum facultate reddituum annuorum pro solvenda quadraginta millium scu-

scutorum hujusmodi summa constitutere, aut alias ratam partem reddituum, prout cuilibet ex Congregationibus praedictis minus incommodum, & damnosum esse, ac magis expedire judicaverit, assignare, distamque ratam Monti Novennali, aut Religionum applicare, quae sufficiat pro dicta summa quadraginta millium scutorum congerenda, factaque taxa hujusmodi eadem Monti Novennali, aut Regionum praedicta ultra alias taxas, quas singulae Congregationes haecenus solverunt, & solvere obligate sunt, assignare, applicare, & incorporare, ac super taxa, seu rata sic faciendam, assignanda, & incorporanda totidem loca praedicta Monti cedere, quot pro summa praedicta quadraginta mill. scutorum congerenda necessaria erunt, necnon eisdem omnibus Procuratoribus Generalibus, seu eorum Substitutis, postquam taxa hujusmodi facta fuerit, tam pro emptoris, seu emptorum censum praedictorum, seu eorum, qui pro congerenda summa quadraginta millium scutorum hujusmodi aliquam pecuniarum summam eidem Procuratoribus, seu eorum substitutis, & eorum cuilibet, ut praefertur, dederint, vel alias erogaverint, seu pro eisdem Procuratoribus, aut eorum substitutis in quibuscumque cedulis banchariis, cambiis, obligationibus, contractibus, & quibusvis pecuniarum hujusmodi receptionibus fidejusserint, & intervenerint, securitate, relevatione, & indemnitate, quam super taxa inter ipsas Congregationes pro rata quamlibet suarum Congregationum respective tangente, nominatim dictas Congregationes, unusquisque Procurator Generalis, seu ejus substitutus, videlicet suam, etiam nisi ab ea speciale, aut generale mandatum in Capitulo generali, aut alias juxta Constitutiones ipsarum Congregationum factum non habeat, omniaque, & singula earumdem Congregationum bona mobilia, & immobilia ubilibet existentia, praesentia, & futura, principaliter, & in solidum ipsarum Congregationum nominibus omni meliori modo, ac in ampliori forma Camerae Apostolicae obligare, & specialiter hypothecare, necnon super praemissis, & illorum quolibet, & eorumdem praemissorum, & cujuslibet ipsorum occasione quaecumque instrumenta cum quibusvis submissionibus, renunciacionibus, fidejussionibus, promissionibus, juramentis, cautionibus, conditionibus, cautelis, decretis, & clausulis solitis, & consuetis, ac alias necessariis, & opportunis, dicto Thesaurario, ac partibus ipsis bene visis celebrare, aliaque pro personarum, & Mercatorum, ac etiam pro majori Montis praedicti, illiusque Collegii, & omnium, qui suas pecunias in eodem Monte collocaverint, securitate, ac alias super his necessaria, & quomodolibet opportuna, etiam si talia forent, quae specificam, individuum, & expressam requirerent mentionem, facere, & exequi.

Clausula.

§.3. Ac ulterius ipsis modernis, & pro tempore existentibus praedictarum Congre-

gationum Procuratoribus Generalibus, seu eorum Substitutis, ut in earum quisque Congregationibus taxam ut praefertur, faciendam pro rata eas respective tangente, inter Monasteria, & Conventus earum dividere, & ab illis exigere, & Depositario dicti Montis, quem ipsas Congregationes, tam pro praesenti additione, quam pro prima dicti Montis erectione, & illius additione alias facta, etiam modernum Depositarium, nisi Depositariam ipsam titulo forsitan oneroso obtineat, ad eorum libitum amovendo, deputare posse concedimus quotannis, prout de antiquis taxis, seu ratas fieri consuevit, consignare cum facultatibus, & auctoritatibus solitis libere, & licite possint, & valeant, ac omnino respective teneantur, auctoritate Apostolica, tenore praesentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

§.4. Praeterea pro majori Montis praedicti, illiusque Collegii Montistarum, necnon eorum, qui pecunias suas in dicto Monte collocabunt cautela, & securitate, ex nunc pariter prout ex tunc, postquam dictus Mons vigore praesentium ad quamlibet locorum quantitatem auctus fuerit, quod tam antiqua, quam nova loca augenda hujusmodi unum, idemque Montis corpus, ac ultimorum locorum emptores cum antiquis Montistis unum, idemque Collegium absque aliqua prorsus ratione prioritatis, seu posterioritatis differentia constituant, ac posteriora loca, illorumque emptores omnibus, & singulis gratis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus antiquiora loca, illorumque Possessores juxta dicti Montis erectionis formam utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum pariformiter, & aequè principaliter uti, potiri, & gaudere possint, valeant, & debeant in omnibus, & per omnia, absque aliqua similiter differentia statuimus, & ordinamus: volumusque etiam, ac eidem Procuratoribus Generalibus, seu eorum substitutis, ut loca praedicta Montis vigore praesentium augendi cum interventu dicti Thesaurarii Generalis cuicumque Mercatori, seu aliis personis meliorem conditionem offerentibus pretio inter eos conveniendo vendere, & alienare, pretiumque inde redigendum, ut praefertur, & non alias deponere libere, similiter, & licite possint, ac etiam omnino teneantur, facultatem similiter impertimur.

§.5. Et nihilominus omnia, & singula praemissa, ac alia eorum vigore per dictas Congregationes, seu earum Procuratores Generales, aut illorum Substitutos cum interventu dicti Thesaurarii Generalis, & instrumenta desuper celebranda cum omnibus in illis contentis, licitis tamen, & honestis, ac Sacris Canonibus non improbatas, ex nunc prout ex tunc, postquam facta, & celebrata fuerint, auctoritate, & tenore praedictis approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis

tatis robur adicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, ac etiam substantialium forsan solemnitate quomodolibet omiffarum defectus, si qui in eisdem intervenerint, precipue vero defectus mandatorum specialium, ac generalium ad premissa faciendae requisitorum motu, & scientia similibus pari auctoritate, & tenore supplemus.

§.6. Declarantes quod per huiusmodi subventionem a Ncbis ut petitur faciendam privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & gratiis, tam per predictum Pium Prædecessorem per ejus literas, sub data anno 1570. 14. Kalendis Aprilis, Pontificatus sui anno sexto, quam per pia memorie Clementis Papæ VIII. similiter Prædecessoris nostri literas, sub annulo Piscatoris, die 5. Maii 1595. ac etiam per alias eiusdem Clementis prædecessoris literas in forma Motus proprii de anno 1597. seu alias eiusdem Congregationibus concessis nullatenus præjudicatum sit, aut esse censetur; imo privilegia, immunitates, exemptiones, & gratias prædictas, ac etiam omnes, & quascumque alias gratias, immunitates, & privilegia per quoscumque Prædecessores nostros quomodolibet concessa, quatenus tamen sint in usu, & Decretis Sacri Concilii Tridentini non adferantur, harum serie, quatenus opus sit, de novo confirmamus, approbamus, & innovamus, illaque eisdem Congregationibus inviolabiliter observari mandamus, etiam si tam literæ prædictæ Pii V. quam Clementis Prædecessorum huiusmodi, & aliæ quæcumque super premissis in Camera Apostolica registrata non essent, non obstante Constitutione similis memorie Pii IV. pariter Prædecessoris nostri de quibuscumque literis, & gratiis interesse Camera concernentibus registrandis: volentes etiam quod præsentibus nostras in eadem Camera registrare, seu registrarari facere minime teneantur.

Pontificum suorum Prædecessorum decreta confirmat.

Clausula

§.7. Decernentes insuper ea omnia, & singula firma, valida, & efficacia esse, & fore. suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac per omnes, & singulas Congregationes prædictas, perinde, ac si Procuratores, seu eorum Substituti prædicti illas cum speciali earum mandato obligassent, ac alios omnes, ad quos spectabit observanda esse, præsentibusque literas nullo unquam tempore etiam ex eo quod prædictæ Congregationes, & quicumque alii, ad quos spectat, premissis expresse, & nominatim non consenserint, aut alias quomodolibet de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut sub ullis revocationibus, suspensionibus, reductionibus, limitationibus, aut modificationibus comprehendere minime posse, nisi de earundem præsentium toto tenore specialis, & ad verbum expressa mentio facta fuerit: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius Camera Apostolicæ Præ-

sidentes, & Clericos, ac S. R. E. Camerarium, Thesaurariumque prædictum, & alios dictæ Camera Ministros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Quocirca dilectis filiis nostro, & S. R. E. Camerario, ac Thesaurario Generali prædicto, ac causarum Curie Camera Apostolicæ Generali Auditori per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eisdem præsentibus, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, ac in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula in præsentibus expressa, & illarum vigore faciendae quæcumque; ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, contradicentes quoscumque, & rebelles, ac præmissis non parentes per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliæque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurfu postpositis compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contra inobedientes potest.

§.9. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis præsertim felic. record. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. Pii V., & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesie non alienandis, earundem quoque Congregationum, & cujuslibet earum, Monasteriorumque singularium statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, in iustis, & Literis Apostolicis etiam in vim contractus, aut Motu proprio, vel consistorialiter eisdem Congregationibus, illarumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub

sub Annulo Piscatoris die 11. Nov. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXIII.

Ex Regest. in Secretis Brev.

Confirmatio concordati in Capitulo Generali Ordinis Minorum S. Francisci facti circa electionem Definitoris Generalis, quod hic assumatur alternatim ex Provinciis Recollectorum Regni Gallie.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, Exprovincialis, Custos, & Definitores Provincie S. Sacramenti in Gallia Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Recollectorum nuncupatorum, quod alias pro eorum parte Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, concordatum in ultimo Capitulo Generali dicti Ordinis anno 1658. in Hispania celebrato inter Fratres Recollectos vocales Provinciarum dicti Regni Gallie circa electionem Definitoris Generalis, quod hic assumatur alternative ex prædictis Provinciis juxta illarum institutionem factum, sancitum, & decretum nemine penitus discrepante, & omnibus, quorum intererat subscriptum, & acceptatum, ac per Decretum Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati prædicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris confirmatum fuisse, ideoque eidem Congregationi supplicato, pro dicti concordati observantia usque ad hæc tempora in usum deducta firmiter, & inconcussa, non obstante, quod aliqui Fratres hunc Ordinem tam solemniter factum, & concordatum tentassent evertere, & prædictam Provinciam S. Sacramenti in suo gradu susceptionis statem privari Definitoriati Generali etiam contra aliud statutum in simili factum in alio Capitulo Generali habito Romæ anno 1625. & per quasdam fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis literas eodem anno confirmatum, videlicet: Quod Definitor Generalis alternative eligeretur; præfata Congregatio ipsorum Exponentium libellum supplicem ad dilectum filium Vicecommissarium Curie dicti Ordinis pro informatione remisit, qui spondit, primo concordatum huiusmodi factum, & fundatum super statuto generali præfato per dictas Urbani Prædecessoris literas confirmato, non fuisse acceptatum a Capitulo Generali. Secundo Fratres familie hanc alternativam provisionem, seu electionem inter ipsos non admittere. Tertio eandem alternativam electionem esse contra Canones, & jura Ordinis, unde dicta Congregatio relationem huiusmodi Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

prædictis Exponentibus ostendendam esse rescriptit.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat allegata a præfato Vicecommissario Curie nihil afficiant, attento quod prædictum concordatum vere, realiter, & cum effectu, toto Capitulo Generali vidente, consentiente, & approbante fuerit acceptatum, nec de hoc dubitari possit, cum in huiusmodi Capitulis Generalibus quælibet familia tam Reformatorum, quam non Reformatorum cujuslibet nationis semper congregari soleat in discretorio ad decernendum quicquid beneficium fuerit, & tale concordatum ad solos Recollectos pertinisset approbare, vel ab ea recedere, juxta Literas Apostolicas institutionis, & erectionis ipsorum Recollectorum a rec. mem. Clemente Papa VIII. Prædecessore pariter nostro emanatas; illudque taliter sancitum prædicti Recollecti approbaverint; Unde comprobatum remanet, vere acceptatum fuisse a Capitulo Generali, & confirmatum a memorato Francisco Cardinale Protectore, quicquid fecus dixerit dictus Vicecommissarius Curie: Cumque tanta sit differentia inter Fratres familia, & Fratres Recollectos, sicut inter Reformatos, ut sicut Reformati in regula, & Constitutionum observantia non debent sumere exemplum a non Reformatis, sic nec se conformare in assumptione unius Definitoris Generalis; Ex quo comprobatur, quod alternativa prædictarum Provinciarum in electione Definitoris non est contra Canones, & jura Ordinis, dum electio Ministri Generalis, quæ est principalior, est alternativa ex utraque familia, neque ex hoc tollitur libertas, ut gratis asserit idem Vicecommissarius Curie, in casu etiam eorumdem exponentium, dum alternative sit electio juxta ordinem, institutionem, & erectionem Provinciarum prædictorum Recollectorum, cum semper liberum fuerit unicuique electorum, si non inveniatur, aut adsint in Capitulo, vel Congregatione Generali ex Provincia, quæ succedit, successive in alia ex ordine suo Definitoris eligere. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Decretum constituit.

§.3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem Vicecommissarii Ordinis huiusmodi audiverunt, consilio, attentis narratis, præfatum Decretum, seu con-

concordatum auctoritate apostolica, tenore presentium approbamus, & confirmamus, eique apostolicæ auctoritatis robur adiicimus, ac proinde juxta illius tenorem, & formam per eos, ad quos spectat deinceps fieri, servarique mandamus, & precipimus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Nov. 1661. An.VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Novemb. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXIV.

Secret. Breve. Ex Regest. in

Divinæ Ordinationes circa Magistros privilegiatos Provinciæ S. Guilhelmi Franciæ Ordinis Eremitarum S. Augustini.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN supremo Justitiæ throno, meritis licet imparibus, a Domino constituti, inter varias, gravissimasque curas, quæ animi nostrum assidue pullant in illam peculiari studio incumbimus, ut exortas inter Christifideles quoscumque, & præsertim illos, qui ex fluctibus sæculi in religiosæ vitæ portum confugerunt, controversias æqua lance dirimere, ac eorum quieti opportunis rationibus consulere satagamus, prout omnibus debite consideratis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§.1. Itaque causam privilegiorum contradictorie agitatam inter dilectos filios Magistros, seu Doctores Theologos Provinciæ S. Guilhelmi Franciæ Ordinis Eremitarum S. Augustini, ex una, Provinciales, & Exprovinciales ejusdem Provinciæ ex altera partibus, atque Definitorum intervenientium in eadem causa cum quibusdam aliis dictæ Provinciæ componere cupientes, necnon dilectum pariter filium Procuratorem Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui partes denuo audiverunt, & referentibus tribus ex ipsis Cardinalibus specialiter deputatis, rem iterum diligenter considerarunt, & mature discussurunt, consilio, inhærendo Decreto priori emanato sub die 8. Aprilis currentis anni, auctoritate apostolica tenore presentium decernimus, & statuimus in dicta Provincia in futurum perpetuo admittendos esse decem Magistros tantum cum privilegiis, ut infra, eosque non nisi, qui antea receperint legitime Laureolam Doctoratus in aliqua Universitate approbata in Regno Galliæ, prævia tamen licentia dilecti filii Prioris Generalis Ordinis præfati de voto suæ Congregationis in scriptis habita, & cum expressione Universitatis, in qua licentiatas erit laureandus, si insuper post expletum Philosophicum, ac Theologicum in studendo cursum, deinde ad minus per sexennium ipsam Philosophiam, & Theologiam, vel Sacram Scripturam honorifice docuerint, aut per decennium saltem in principalioribus Ecclesiis laudabiliter concionati fuerint, ac præterea prævio rigoroso examine intra eandem Provinciam faciendo per tres Examinatores ipsiusmet Provinciæ a Priori Generali cum voto suæ Congregationis diligendos ex novem Fratribus in quolibet Capitulo provinciali a Definitorio nominandis sufficientes reperti, & jurato fideli testimonio eorumdem Fratrum examinatorum commendati fuerint, & hos sic legitime promotos, atque juxta præfixum Doctorum numerum cooptatos frui debere privilegiis loci, & vocis juxta Constitutiones Ordinis, salva in reliquis, & illibata permanente ipsius Provinciæ Observantia regulari, præsertim quoad vitam communem, & frequentiam Chori, & Refectorii. Præterea decernimus in dicto numero denario Magistrorum privilegiatorum hac prima vice admittendos esse, prout de facto admittimus non requisita Provinciæ acceptatione, & sine alio novo examine octo Magistros actu existentes, videlicet Franciscum Viogne modernum Assistentem Franciæ, Bartholomeum Naudet Exprovincialem, Raphaellem Alonche Exprovincialem, Jacobum Durandean primum Definitorum, Carolum Moreau, Augu-

nientium in eadem causa cum quibusdam aliis dictæ Provinciæ componere cupientes, necnon dilectum pariter filium Procuratorem Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui partes denuo audiverunt, & referentibus tribus ex ipsis Cardinalibus specialiter deputatis, rem iterum diligenter considerarunt, & mature discussurunt, consilio, inhærendo Decreto priori emanato sub die 8. Aprilis currentis anni, auctoritate apostolica tenore presentium decernimus, & statuimus in dicta Provincia in futurum perpetuo admittendos esse decem Magistros tantum cum privilegiis, ut infra, eosque non nisi, qui antea receperint legitime Laureolam Doctoratus in aliqua Universitate approbata in Regno Galliæ, prævia tamen licentia dilecti filii Prioris Generalis Ordinis præfati de voto suæ Congregationis in scriptis habita, & cum expressione Universitatis, in qua licentiatas erit laureandus, si insuper post expletum Philosophicum, ac Theologicum in studendo cursum, deinde ad minus per sexennium ipsam Philosophiam, & Theologiam, vel Sacram Scripturam honorifice docuerint, aut per decennium saltem in principalioribus Ecclesiis laudabiliter concionati fuerint, ac præterea prævio rigoroso examine intra eandem Provinciam faciendo per tres Examinatores ipsiusmet Provinciæ a Priori Generali cum voto suæ Congregationis diligendos ex novem Fratribus in quolibet Capitulo provinciali a Definitorio nominandis sufficientes reperti, & jurato fideli testimonio eorumdem Fratrum examinatorum commendati fuerint, & hos sic legitime promotos, atque juxta præfixum Doctorum numerum cooptatos frui debere privilegiis loci, & vocis juxta Constitutiones Ordinis, salva in reliquis, & illibata permanente ipsius Provinciæ Observantia regulari, præsertim quoad vitam communem, & frequentiam Chori, & Refectorii. Præterea decernimus in dicto numero denario Magistrorum privilegiatorum hac prima vice admittendos esse, prout de facto admittimus non requisita Provinciæ acceptatione, & sine alio novo examine octo Magistros actu existentes, videlicet Franciscum Viogne modernum Assistentem Franciæ, Bartholomeum Naudet Exprovincialem, Raphaellem Alonche Exprovincialem, Jacobum Durandean primum Definitorum, Carolum Moreau, Augu-

Ordinationes

Augustinum Robert, Martialem Layard, & Ignatium Langlois dicti Ordinis professores in Sacra Theologia Magistros, qui omnes cum licentia Prioris generalis olim sumperunt gradum Doctoratus; necnon, & alios duos nondum Doctorali Laureola insignitos, postquam (ut supradictum est) legitime eam assequuti, & ceteri conditionibus, & requisitis supra positis prædicti, & successive de licentia Prioris Generalis per examinatores Provinciæ examine, & legitime approbati fuerint, vel etiam respectivo alios non dissimiles (si qui prænominatorum forte Magistrorum privilegia recunaverint, vel procurare neglexerint) a Priori Generali de voto suæ Congregationis deputandos, & constituendos. Verum data pro tempore dicti numeri denarii quacumque vacatione per mortem, aut per excorporationem perpetuam ab ipsa Provincia, & non alias alicujus ex Magistris intra eundem numerum actu privilegiatis, tunc per Priorem Generalem de voto suæ Congregationis unus, vel plures in loco, seu locis vacantibus ex antiquioribus graduatis ad formam præscriptam, & concurrentibus aliis requisitis, ac prævio examine, & approbatione, ut supra subrogentur, & in proximo futuro Definitorio omnino acceptentur, & admittantur. Ceterum præmissa omnia, & singula ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, & officiorum, necnon inhabilitatis ad illa de cætero obtinenda per contravenientes ipso facto absque alia declaratione incurrendis poenis inviolabiliter observari mandamus, & precipimus.

Clausula.

§.2. Decernentes pariter easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Petro Archiepiscopo Tolosan., ac Henrico olim Rhedonen., & Harduino Rutenen. Episcopis per presentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem presentes litteras, cum eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicujus eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet ipsarum presentium litterarum, & in eis contentorum hujusmodi effectum pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, & alias censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contravenientium poena.

Derogatio contrarium.

§.4. Non obstantibus quoad singula præmissa quibuscumque oppositis determinationibus, seu definitionibus dictæ Provinciæ, etiam per Priores Generales Ordinis confirmatis, ac specialibus literis, & mandatis eorumdem Priorum Generalium aliter disponentibus, necnon Congregationis præfatorum Cardinalium Decretis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodo aliquis auctoritate presentium ultra tres dietas in iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit præfatorum Ordinis, & Provinciæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 19. Nov. 1661. An.VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Nov. 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXV.

Diversæ Ordinationes in negotio Decanatus Metropolitanæ Ecclesiæ Bisuntinæ.

Ex Regest. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

JUSTITIÆ exigit ratio, ut Romanus Pontifex Ecclesiæ universalis regimini divina providentia præpositus ita se præmiorum, ac poenarum fidem præbeat dispensationem, ut quos propria virtute, ac meritis dignos, & Apostolicæ Sedi (ut par est) obedientes agnoverit, gratis, & favoribus prosequatur, eos autem, quos animis, moribusque depravatis contumaces, ac inobsequentes experitur, justa animadversione coerceat. Ita enim fiet, ut virtutibus, ac viti congrua retributione distinctis, & illa plurimum excitentur, & hæc valide compescantur, atque inde optata tranquillitas, & pax in muneris Pastoralis

Proœmium.